

creavit animas cum Patre, & Spiritu sancto. Et ita ad propositum non merebitur voluntas mea, si Spiritus sanctus quomodocumque conjunctus ei, causet in ea actum diligenti. (d) Ad ultimum dico, quod licet illud faciat difficultatem tenebris speciem esse actum primum respectu intellectus, per quem intellectus potest in actu secundum: sicut lignum calefactum calefacit calore; quia si hoc esset verum, esset difficile salutare, quod intellectus non informatus aliqua forma, posset in operatione; tamen secundum illam viam, quam dixi *assisteri*, hujus primi (b) quod obiectum sive in se, sive in specie est sicut causi partialis concurrens cum intellectu ad causandum intellectiōnem, non facit aliquam difficultatem, quia obiectum in se praesens, quomodo erit in patria, sufficit absque omni informatione ad causandum visionem, vel ex se solo cum intellectu. Et si arguitur, quod sine habitu informante potest esse visio perfecta; ergo & fruitio perfectissima. Respondendo, quibus negat communiter in gloria habitum luminis gloriae in intellectu. Et iste ex parte intellectus potest poni correspondere charitati ex parte voluntatis.

QUESTIO QUARTA.

Utrum tota charitas praesistens, corrumpatur cum nova inducitur, ita quod nulla realiter eadem numero maneat in charitate majore, & minore?

Circa augmentum charitatis, supposito, quod charitas possit augeri secundum illud Aug. ad Bonif. (c) *Charitas creetur augeatur, autem increasur, & perficitur*; & secundum illud Aug. *6. de Trin. c. 7. In rebus incorporatis, idem est melius esse, quod magis esse*: aliqua autem charitas est melior altera, quia ei correspondet majus premium essentiale: ergo aliqua charitas est major alia, hoc nunquam supposito.

Quero de modo augmenti charitatis, & primo, Utrum tota charitas praesistens corrumpatur, cum nova inducitur, ita quod nulla realitas eadem numero ineat in charitate majore, & minore. Quod sic arguo, quia alias ipsa forma augetur subjective, quia ipsa eadem maneat transubstantiatur de minori ad majus: hoc est falsum, quia forma simplex subjectum transmutationis esse non potest secundum auctorem 6. principiorum: ergo non potest charitas sic augeri. Contra. Primo de Generatione, *auctum oportet manere*: ergo & in augmento quocumque non est corruptio praesistentis.

Hic dicitur, quod nihil charitatis praesistentis manet eadem numero in charitate aucta: sed totum quod praeterea corrumpitur, & aliud individuum perfectius illo generatur. Ad hoc ponitur ratio, quia ter-

mini motus sunt impossibiles ex *5. Physicor.* igitur huius motus, vel mutationis, quo charitas augetur, termini etiam impossibiles: ergo illud, quod est terminus ad quem, simpliciter est impossibile termino a quo: ergo non includit eadem numero. Confirmatur ista ratio, quia sicut in speciebus ponitur magis, & minus propter ordinem essentiale specierum: ita videtur ponendum suo modo in individuis eiusdem speciei: sed species perfectior, quae dicitur major, est simpliciter alia natura ab imperfectiore, ita quod nihil eadem numero naturae inferioris manet in superiore, immo superior est perfectior inferiore, quia actualior, ut patet in forma substantiarum separatarum, unde Deus, qui est actualissimus, est simplicissimus; ergo in individuis ejusdem speciei nihil imperfectioris eadem numero manet in perfectiore.

Contra istam propositionem arguitur sex viis: quarum prima sumitur ex praesuppositione formae in augmento illius formae, & secundum istam viam arguo primo sic: licet non necesse sit Deum augere charitatem in illo instanti, in quo elicitur actus meritorius, quo meretur charitas augeri; tamen potest tunc augere charitatem, ita quod augmentum, quod quis meretur, simul tempore detur, quando actus elicitur. Ex hoc arguo, ille actus, qui meretur augmentum charitatis, est meritorius; igitur praesupponit charitatem in illo instanti, in quo elicitur: quero quam? non istam novam partem, quae acquiritur, quia ista sequitur actum sicut premium meriti: ergo praesupponit istam, quae praesistebat, & per consequens non corrumpitur illa in illo instanti, quia si sic, tunc in illo instanti non posset actus meritorius elici, in quo tamen quis meretur augmentum charitatis. Si autem proterviat quis, quod Deus nunquam auget charitatem in instanti, in quo habetur actus meritorius respectu augmenti, sed semper posterius duratione, pro eo, quod non auget propter actum inquantum elicitur, sed inquantum est in acceptance divina, & hoc modo manet post instanti, in quo elicitur, & tunc post ipsum confertur augmentum. Licet ista responsio omnino sit improbabilis, pro eo, quod non evadit difficultatem in aliis. Primo quidem, quia in virtutibus moralibus, & intellectualibus, virtus augetur per actum elicitum, & non quando actus ille non est, quia quod non est, nihil causat; ergo quando actus ille inest, tunc est ratio augendi habitum: ergo si tunc generetur novum individuum, & corrumpitur individuum, quod praesuit, sequitur, quod actus augmentatus habitus, non elicitur ab habitu, sed a sola potentia: quod videtur inconveniens, quia tunc secundum dicta in praecedenti quaestione, actus augmentatus habitus esset imperfectior, quam actus non augmentatus habitus elicitus ab habitu. Et si etiam concedat conclusionem, quod actus augmentatus habitus acquisiti, elicitur a sola potentia, quamvis hoc videtur inconveniens, non tamen evadit hanc difficultatem specialem: si ponatur species intelligibilis augeri per actus intelligendi, quia non potest ille actus elici a sola potentia, circumscripta specie; quia sicut patuit distinct. 3. huius primi, non sufficit intellectus sine specie ad

a D. Thom. 1. p. q. 83. ar. 2.

b Quodlibet 6. q. 9. c. 10. 106.

adum intelligendi elicendum: ergo non potest aliqua intellectio augere speciem, quæ elicitur a sola potentia illa, igitur intellectio augmentativa speciei præsupponit speciem, & non illud individuum, quod generatur: ergo individuum præexistens non corrumpitur. Quod si negetur intellectio augere speciem intelligibilem, ultima instantia ad propositum est ista. Voluntas per actum suum potest remittere actum intelligendi, quod probatur, quia potest totaliter corrumpere intellectioem, & amovere intellectum ab hoc actu, & tamen volitio illa remissiva intellectioem, præsupponit necessario intellectioem non aliquam novam, quæ sequatur ipsam volitionem; patet igitur aliquam præcedentem ipsam volitionem, & per consequens intellectio præexistens non corrumpitur per eam.

Si nullam agens potest intendere formam, quam invenit in passo perfectiorem illa, quam posset ipsum ex se causare in passo, tota ratio secunda deficit, quia tunc nunquam actu intendit habitum, nisi ad tantum gradum, quantum posset ex se inducere, & ita illum posset inducere si erit novum individuum, sed nihil præexistentis maneret idem, sed quia est verum, quod actu ultimam æque intensius cum prima intendit habitum infra gradum inductum, per primum, vel etiam secundum: immo prima propositio videtur neganda. Sed tunc ad dubium, an ita fit in calore, quod calor remittit adveniendi intensius intendit inventum in passo, videtur, quod non, sicut hic. Potest dici, quod agens univocum non intendit intensiorem formam suam inventam in passo, sed magis e converso. Agens æquivocum intendit, quia natum est agere in hoc, & sua forma est novior gradu effectus æquivoci, licet non posset ex se fieri in tantum gradum effectus æquivoci, ita quod lumen intenditur in infinitum, si luminaria ejusdem speciei infinita apponantur circa medium, quorum quolibet intendit lumen in illo medio.

Secunda via est ex perfectione illius formæ, quæ inducitur per augmentum, ubi arguo primo sic. In actibus augmentativis habitus, actus decimus potest esse imperfectior primo, & tamen per ipsum actum decimum augetur habitus ad aliquem gradum, ad quem non potuit primo augeri per primum, vel secundum actum: quod non potest esse si totum præexistens corrumpatur, quia perfectio primi, vel secundi actus in se erat major; & per consequens individuum, in cuius generationem porit primus actus, potuit esse perfectius sic individuum, in quod potuit decimus actus; ergo quod perfectius sic illud, quod sequitur decimum, quam primum, non erit, quia novum individuum generatur virtute decimi, sed quia præexistenti generato per actus præcedentes aliquid additur, & ita manebit præexistens. Si dicatur, (a) quod præcedentes actus elicitur a charitate maneat in acceptatione divini, licet non in se, nec in alio impresso a se, vel ab

eis. Non solvitur argumentum in acquisitione habituum naturalium, & moralium. Præterea, ratio non solvitur in agentibus naturalibus. Pono enim, quod aliquid calidum in novem gradibus, adveniat aliquod calidum in gradu minori: illud potest aliquo modo intendere calidum illud novem graduum, & per consequens illud, quod est in termino actionis, est perfectius in caliditate, quam sit ipsum agens adveniens, & augmentans. Hoc est impossibile, si esset individuum novum generatum per actum iustus calidi jam præsentis.

Probatur maior per Porphyrum. 3. Physi. Virtus extensa maior est in maiori magnitudine, igitur si a principio (a) virtus in maiori magnitudine approximetur passo magis aget, sed parum est quo ad actionem, si sit una continua magnitudo maior, vel multe sint æquales illi uni contingua. Igitur calidum minus, extensive contiguum magis aget quocumque calido a principio factum ad perfectiorem formam inducendum, si igitur a principio magnum calidum per se aget, non induceret formam, quantum induceret, sed si aliquid parum erit sibi ad illud, igitur reliquum passum in potentia ad gradum inducibilem ab illo minori calido si cogisset, igitur minus adveniens rediret ad actum illum. Respondeo, totum conceditur usque ad ultimum consequentiam sed illa negatur, quia minus adveniens non invenit passum in dispositione contraria, qua potest vincere, sed ab illa vincitur. Ideo simpliciter patitur, & si quid modicum contra agat, hoc erit remittendo intensius; sed finaliter vincitur.

Nec potest evadere hoc per ordinem graduum, puta quod agens potest reducere ad gradum perfectiorem illud passum, quod fuit sub aliquo imperfectiori gradu, quod non potuit in principio reducere: sicut agens potest animare passum, quod prius fuit organicum, & tamen non organicum non potest reducere ad perfectionem tantam; & hoc propter ordinem formarum, vel graduum in forma propter quem ordinem existentibus sub imperfectiori, potest statim duci ad perfectius: non sic, si non esset sub illo gradu. Non valet inquam hæc responsio: quia si calidum 8, graduum intendit calidum decem graduum, & ista intentio fiat per caloris corruptionem præexistentis, & generationem novi individui; igitur in illo instanti, in quo generatur calidum 10, graduum, generum excedit in perfectione ipsum generans, quod est impossibile, igitur non sic fit augmentatio. Tertia via sumitur, & accipitur in naturalibus, & in actione contrari per contrarium. Calidum enim agens in frigidum aequum corrumpat totaliter frigidum, remittit ipsum: si in illa remissione generatur individuum, quæro a quo generante? Si non fugiatur ad agens universale, quæ fuga est hic irrationabilis; non potest assignari aliquod particulare generans hujus individui, quia calidum remittens frigidum non potest per se generare aliquod individuum frigidum: igitur nec novum gemisum. Quarta via sumitur ex hoc, quod Philosophus concedit

eo modo motum in accidentibus, quæ negat in substantiis, & per consequens magis, & minus in accidentibus, sicut requiritur ad motum, non sic in substantiis: si autem non esset augmentum in accidentibus, nisi per corruptionem præexistentis, & generationem novi, & tali modo potest inveniri magis, & minus in substantiis: igitur non salvatur magis motus hic quam ibi. Quanto arguitur per hoc, quod natura sub determinato gradu magis vel minus esse species ad individua, & hoc species inferior contenta sub specie nature, & ita nulla species nature intensibilis, erit individua seu specialissima: consequentia prima probatur, quia quidquid dicitur per se in quid de individuis, & est per se unum, est species eorum natura in determinato gradu tali vel tali, dicitur in quid de individuis, & est per se unum, quia tota natura secundum hunc gradum essentialiter est eorum, quæ habent naturam in tali gradu, & gradus nihil addit, quod accidit nature: patet ergo, quod natura in tali gradu est species: patet etiam quod natura in tali gradu est minus com nunc specie nature in se: igitur erit species inferior in ordine nature. (a) Sexto, & ultimo arguitur, quod si ratio adducta propositionis valeret, concluderet eodem modo de quanto molis, sicut de quanto virtutis, & ita quando quantum molis augetur; nihil proprie maneret idem: ergo in augmentatione proprio dicta, quantitas molis aucta non remaneret secundam quantitatem præexistentem, quod videtur inconveniens. Respondetur secundum istam positionem concedendo conclusionem, quod ita est novum individuum quanti molis, quando aliquid est majus, sicut aliquid intensus est aliud individuum qualitatis, vel quantitatis virtualis. Sed contra hoc arguitur, quia duo videtur sequi inconvenientia. Primo quod si rarefiant species vini in sacramento altaris, erit quantitas molis major quam prius; quia rarefactionem concomitatur major quantitas: ergo illa quantitas, quæ fuit vini non manet post rarefactionem: igitur nec manet ibi sanguis, quia non tenetur communiter ibi sanguis manere, nisi quandoque manent accidentia, quæ affectuunt vinum convertunt. Aliud inconveniens, quia tunc videtur quod talis rarefactio non posset esse virtute agentis naturalis, vel quod ageret agens naturale, non præsupposita materia aliqua vel subiecto: patet, quia ibi non præsupponitur materia substantialis, quia ibi non est substantia alterabilis: nec etiam præsupponitur ibi quantitas eadem numero manens per se, & tamen agens naturale potest (ut videtur) sic rarefacere vel condensare istas species: igitur agens naturale potest agere non præsupponendo aliquid in sua actione. Ad ista inconvenientia respondeatur: ad primum, b) quod quantum illi manent accidentia similia illis, quæ effectuant vinum, manet sanguis: licet autem non maneat eadem, manent tamen similia post rarefactionem. Ad aliud conceditur, quod virtus naturalis potest agere nullo manente comuni

muni sub terminis, non tamen creat, quia hic posterius naturali ordine sequitur prius, ita non est in creatione. Contra istas responsiones arguitur, quia cum quantitas illa nova numero differat a præexistente, & non alio modo differat quantitas aque a quantitate vini, nisi numero tantum; quia non specie, ut patet; sequitur, quod propter talem permanentiam accidentium specie non numero, non plus manet sanguis sub quantitate illa nova, quam maneret sub quantitate aque, si ibi esset, præcipue, cum illa quantitas nova, non magis inclinatur ad afficiendum vinum, cuius quantitas fuit prior, quam ad afficiendum aquam. Contra aliam responsionem videtur esse inconveniens, quod virtus naturalis activa, non supponat in actione sua subiectum. Præterea. (a) Quæro, quomodo unum istorum sequitur ad reliquum? aut sine actione naturalis agentis; & hoc est manifestum inconveniens, quia tunc agens naturale frustra ageret quia sine eo illud consequens adesse: ergo non sequitur nisi per actionem naturalis agentis: sed tale agens non potest ponere effectum in esse sine causa materiali, nisi posset creare, quod repugnat naturali agenti. Præterea, secundum hoc posset dici, quod agens naturale effective inducit animam intellectivam, quia ipsa naturali ordine consequitur ad organizationem corporis: consequens habetur communiter pro inconveniens. Ad quæstionem igitur propter rationes improbantem istam opinionem, & præcipue duas vel tres primas, tenet conclusionem oppositam, quod realitas illa positiva, quæ erit in charitate minore, manet eadem realiter in charitate majore, qualiter autem hoc fit, patebit in solutionibus sequentium quæstionum. Ad argumentum in oppositum dicto, quod non sequitur, manet forma eadem in individuo perfecto, & imperfecto; sed ipsa mutatur subjective, quia non manet sicut materia sub ergo, sed sicut natura in individuo, supra quam quodlibet individuum aliquid addit. Sic ratio defectus consequentis est, quia illud quod est subiectum unius individui nature, est etiam subiectum alterius individui, & illud etiam est possibile, & mutabile ab individuo in individuo: ipsa autem forma, sicut unius individui non est subiectum, ita nec alterius, & per consequens nec mutabilis de uno ad aliud.

Supposito charitatem posse augmentari, quia secundum Aug. 6o de Trinit. cap. 7. In his, (b) quæ non mole magna sunt, hoc est majus esse quod melius est; queritur de modo augmentationis, & primo. Virtus in augmentatione charitatis, charitas præexistens corrumpitur; cum nova inducitur. Quod sic, quia si non corrumpetur, tunc forma charitatis mutaretur de minori ad majus: hoc est falsum, quia forma simplex subiectum transmutationis esse non potest. Contra. Primo (c) de Generatione, oportet auctum manere: ergo & charitatem præexistentem auctam per novum gradum cha-

rita-

a Vide Scot. 4. d. 12. q. 3. & 4. Phys. quest. 14.

b Ad ill. c. Boet. de Trinit. l. 1. cap. 3. Text. 31. & 35. Goffr. quædo 11. quest. 3. 5. Phys.

a De hoc Scot. 4. d. 12. quest. 4.

b Goffred. ubi sup.

riatis sequenti oportet manere, & non corrumpi. Hic dicitur, quod in omni intentione cuiusque forma de novo adveniendi, gradus forme procedens corrumpitur in adventu alterius gradus sequentis; quia termini motus sunt impossibiles: gradus iste preexistens, & ille de novo adveniendi in illa augmentationis mutatione forme, sunt termini illius mutationis: ergo non sunt simul, igitur una corrumpitur in adventu alterius: ergo, &c. Hinc (a) opinioni addo duas confirmationes, prima sit ista. Eodem modo se habent magis, & minus in eadem specie, quomodo se habent proportionabiliter magis, & minus in diversis speciebus: sed in diversis speciebus quanto una species est perfectior alia, tanto perfectior continet eam, & modo simpliciori ista, quod secundum species contenta ab ea non facit additionem ad ipsam: igitur & species simplicior sit perfectior in omnibus formis, videtur etiam, quod in eadem specie forma simplicior sit perfectior, & non habeat gradum vel formam preexistentem sibi additam. Item consimili modo se habent magis (b), & minus in formis accidentalibus, quomodo se habent in formis substantialibus, si in substantia esset magis, & minus: sed secundum omnes ponentes magis, & minus in forma substantiali, substantia perfectior, & in eadem specie, est simplicior alia non facit additionem cum minus perfecta, sed continet aliam modo simplicior, ut ponitur de anima Christi, quod non facit compositior anima Petri, sed simplicior, & tamen perfectior in essentia animae: igitur eodem modo de forma accidentali.

Contra istam opinionem arguitur sic. Supposito, quod possibile sit Deum augere charitatem in illo instanti, quo dicitur actus meritorius: ponatur igitur in esse, quod tunc auget: quare tunc, a qua charitate dicitur actus iste meritorius, quia necessario ab aliqua charitate dicitur: ut prius offensum est, non a charitate infusa de novo, que auget charitatem in illo instanti, in qui fuit sub actu, quia est premium talis actus, & sequitur aliquo ordine actum illum meritorium: nec dicitur a charitate preexistente, quia secundum illa corrumpitur, & nam in infusione posterioris charitatis corrumpitur prior: igitur in illo instanti, in quo charitas augetur, est actus meritorius, & tamen a nulla charitate, quod est impossibile. Dicit, quod Deus non auget charitatem in illo instanti, quo dicitur actus meritorius, sed actus charitatis transiit, & stat in acceptatione divina tanquam quoddam remunerabile, & tunc Deus acceptans actum meritorium, dat post augmentationem charitati preexistenti, in quoddam premium actus, & non dat simul in eodem instanti premium cum merito, sicut non dedit angelis bonis in primo instanti nature, in quo meruerunt beatitudinem, & sed in alio instanti nature posteriori. Contra, licet istud possit dici in proposito de virtutibus infusis, non tamen potest dici in augmentatione virtutum naturalium, moralium, & in-

tellectualium, & maxime moralium. Nam virtus moralis augetur per actus morales, sicut generatur ex eis. Ethicorum: actus igitur, qui augmentatur, & auget virtutem moralem, non auget nisi quando est: quare lo igitur auget; quare virtus est ab aliqua virtute, vel non: sic, & a qua virtute? Non procedit, quia illa corrumpitur: nec a gradu quem nunc facit. quia ille est posterior sicut effectus sua causa, igitur quando auget virtutem, non est ab aliqua virtute, sed hoc est impossibile: quia tunc non esset virtuosus, & tamen generaret virtutem, quod est contra Philosophum 2. Ethic. & contra rationem intellectus, quia ex similibus actibus similes actus generantur. Et eodem modo potest argui de habitu intellectuali: dum est actus speculandi, augmentatur habitus intellectualis, vel speculativus: quia quod non est, similibil facit, sed ille actus non est ab habitu precedente, quia tunc non est talis habitus, sed corrumpitur in illo instanti, in quo est augmentatus: nec a gradu sequenti, quia ille sequitur: igitur non potest dici, quod talis alio quo modo auget, quia nullus est terminus aliunde, per quem fiat augmentatio. Item voluntas potest remittere actum intelligenti, quia potest omnino per suum vel actum eius corrumpere averiendi ipsum a consideratione omnis objecti secundarii, & ne ipsum determinare consideret: sed omnem actum voluntatis naturaliter precedit actus intellectus. In illo igitur instanti, in quo voluntas remittit actum intellectus per actum suum imperatum, oportet intellectum esse in actu suo, non in actu intenso preexistente; quia ille actus non manet intensus, & quando voluntas sic eum remittit, per postum; nec in actu remisso, quia ille naturaliter sequitur actum voluntatis: igitur si actus remissus, & non sit aliquid realitatis actus intensus, sequitur, quod in illo instanti, in quo voluntas est in actu suo respectu illius objecti, non sit naturaliter prius intellectus in actu, & tunc voluntas vult incognitum, quod est impossibile. Secundo arguitur sic: supposito, quod actus secundus, vel tertius possit intendere habitum, & licet non sit perfectior nec intensior primo actu, tunc arguo, si actus posterior intendit habitum, & tamen non est necessario intensior, nec perfectior actu quoque precedente: non igitur generat novum individuum charitatis perfectius, quod est contra te. Probatis consequentiis, quia actus generans habitum non potest generare nisi secundum proportionem sua virtutis, si igitur iste actus, qui est imperfectior primo actu, generat individuum charitatis, & perfectius, hoc vel erit in virtute actuum precedentium, & tunc manent, & non corrumpuntur, sicut ponit opinio, vel virtute propria, & tunc effectus erit perfectior sua causa totali in virtute, quod est falsum. Tertio sic. Calidum corrumpent frigidum, prius remittit frigidum: cum enim sint duo motus simul intenso, & augmentatio in calore, & remissio in frigiditate, motus scilicet intensio caloris, & remissio in frigiditate: igitur secundum hanc opinionem, generatur novum individuum frigidum. Quare tunc terminum a quo istius motus ad frigidum

tatem? non potest dici, quod frigiditas maior procedat, quia illa frigiditas corrumpitur: nec sequitur gradus frigiditatis remissior, quia tunc effectus excederet suam causam in entitate, & perfectiōne, quod non est intelligibile secundum Aug. super Gen. & 33. q. quæst. 2. Item, (a) omne quod movetur, dum movetur, partem est in termino a quo, & partem in termino ad quem 6. Physic. si igitur calidum agit in frigidum in toto motu, frigidum habet aliquid de termino ad quem, scilicet de calido: si igitur in toto motu non remittatur frigidum, antequam corrumpatur, sequitur, quod contrarium in summo, & non remissum, sit cum aliquo gradu sui contrarii, & cum non habeant istæ forme latitudinem, sequitur, quod contraria in summo possunt esse simul: remittatur autem frigidum: igitur secundum hanc opinionem generatur aliud suppositum frigiditatis, sed illud non generatur ex frigido precedente, quia illud corruptum est: igitur generatur ex calido, & ita calidum generatur frigidum, quod est impossibile. Item quarto sit. Si semper corrumpitur forma procedens, sequitur, quod non possit esse motus secundum gradus forme qualitatis: quia statim quando receditur a termino a quo, generatur alia forma: igitur tantum erit motus in quantitate secundum gradus mobilitatis: sed hoc esset falsum, quia tunc esset motus continuus, cuius tamen partes non copularentur ad aliquem terminum communem, quia mutatio copulans, quæro in quo est? aut est in aliquo divisibili, aut in aliquo indivisibili, non in parte divisibili, quia nulla pars tota simul alteratur, sed pars aut partem, secundum istam opinionem: igitur esset ista mutatio in indivisibili, & ita punctus fieret calidus. Item sequitur etiam, quod omne calefactibile, dum calefit, infinitis caloribus calefit, quia si fiat motus precise secundum gradus mobilitatis successivo, cum infinitis partibus sint in mobili, ut in calefactibili factum in potentia, & nulla pars mobilitatis in eodem gradu caloris caleferebatur cum alia, sed alio calore, & in alio gradu: sequitur quod totum fiet calidum infinitis gradibus caloris, quod est impossibile. Præterea. Ratio eorum non valet, quia tunc coincideret universitates de omni augmento, & ita in augmento corporali terminus procedens, & gradus augmentans essent in compositibilibus, quod est destruere augmentum. (b) Respondetur: secundum istam viam concedendo conclusionem, quod ita est novum individuum quanti motus, quando aliquid fit motu, sicut quando aliquid fit in ensus secundum virtutem, fit novum individuum intentionis. Sed contra hoc videtur sequi duo inconuenientia. Primum, quod si rarefiant species vini in Sacramento altaris: erit quantitas eius maior secundum molem, quam prius: quia talem rarefactionem concouitatur maior quantitas: casus autem, que sunt vini, post rarefactionem non manent ibi, sed corrumpitur secundum istam opinionem, igitur non manent ibi sanguis post rarefactionem species vini, quia

quia non tenetur communiter, quod sanguis ibi manet, nisi quantum manens accidentia, & species gradus frigiditatis, que affecerunt vinum conversum in sanguinem. (a) Aliud inconueniens sequitur, quia tunc videtur, quod talis rarefactio non posset esse virtutis agentis naturalis, vel quod agens naturale ageret de nihilo, nulla materia, vel substantia præsupposita, quod videtur impossibile. Consequenter patet, quia ibi non præsupponitur in tali rarefactione materia substantialis, quia substantia non est ibi alterabilis: nec præsupponitur etiam per te eandem quantitatem numero manentem ante rarefactionem, & tamen agens naturale potest istas species sic rarefacere, & condensare, & ita agens naturale potest agere nihil præsupponendo sue actioni. Respondetur ad ista inconuenientia: ad primum dicitur, quod quantum manens accidentia similia illis, que affecerunt vinum, manent sanguis: licet autem non maneant eadem, manent tamen similia post rarefactionem. Ad aliud conceditur quod virtus naturalis potest agere nullo manente communi sub termino, non tamen creare, quia hic posterius naturalis ordine sequitur prius: igitur non est creatio. Contra istas responsiones arguitur, quia cum quantitas illa nova numero differat a præexistente, & non alio modo differat quantitas aque a quantitate vini, nisi numero tantum, quia non specie, ut patet: sequitur, quod propter talem permanentiam accidentium eorundem specie, non numero, non plus maneat sanguis sub quantitate illa nova, quam maneret sub quantitate aque, si ibi precise esset: cum ista quantitas nova non magis inclinetur ad afficiendum vinum, cuius quantitas fuit prior, quam ad afficiendum aquam. Contra secundam responsionem, quæro quomodo unum istorum sequitur ad alterum: aut sine actione agentis, & hoc manifestum inconueniens: quia tunc agens naturale frustra ageret, quia sine eo illud consequens esset: igitur non sequitur nisi per actionem agentis naturalis: sed tale agens non potest ponere effectum in esse sine causa materiali: igitur per dictam constitutionem in esse non prohibetur creatio, vel actio talis, qualis repugnat agenti naturali. Præterea secundum hoc posset dici, quod agens naturale effectiue inducit animam intellectivam, quia ista naturali ordine consequitur ad organizationem corporis: consequens habetur communiter pro inconuenienti. Concedo ergo conclusionem istarum rationum, & quod illa realitas positiva, que est in charitate minore, manet eadem in charitate realiter maiori, nec corrumpitur, nisi quantum ad esse, quod habuit prius per se, & manet in alio, ut pars in toto. Exemplum de materia per se, vel forma per se, que non corrumpitur ut sunt in toto, sed manent perfectius in toto quam quando habuerunt esse per se, hoc patet in quantitate motus, quando augmentatur. Ad rationem illius opinionis dico, quod terminus motus per se, cuius modi sunt privatio, & forma, sunt inconueniabiliter: sed forma re-

missa, & ipsa augmentata non sunt per se termini huius motus, quia forma remissa non est prioritas: sed postea quædam, non tamen oportet quod forma, quæ per accidens committatur terminum a quo, per se corruat. Ad primam confirmationem dico, quod est ad oppositum, quia ordo specierum est secundum essentiam, & quid sit, & ideo una non continet essentiam, & quid sit alterius, sed ordo secundum gradus et usdem forma, est secundum partes materiales, quæ possunt esse simul, & forma quanto est sub talius pluribus gradibus forma, tanto est intensior, & perfectior: oppositum igitur modo est hic, & ibi. Ad aliam confirmationem dico: quod est ad oppositum & quia Philosophus eo modo, quo concedit magis, & minus in accidentibus, negat in substantiis magis, & minus: hic autem, scilicet in substantiis, non negat secundum partes melius, immo sic concedit ibi: igitur isto modo negat magis, & minus in accidentibus, scilicet secundum partes melius, negat autem in substantiis magis, & minus secundum gradus forme. Igitur isto modo concedit in accidentibus. (a) Unde quia ponit formam substantialem in se indivisibilem, ideo nullam gradum formæ ponit cum alio oppositum modo in accidentibus, quia forma accidentalis est divisibilis secundum gradus, ideo quilibet gradus comparatur alium, & perfectior eo. Ad rationem principalem dico, quod forma non est subiectum mutationi, sed se habet respectu diversorum graduum ejus: sicut species ad duo individua, quæ de novo habent esse species, quia cum multiplicentur individua de novo, species modo esse incipit in uno individuo, & modo in alio: unde non est motus forma secundum istos gradus, quia non sunt accidentia superaddita nature forme, sed sunt modi intrinseci dicentes certum gradum quantitatis virtutis illius forme, &c.

Contra Goffredus: virtutis supra ad minus. Una quod in alteratione nulla sit mutatio continua, quia ejus ut subiecti, alia quia mobile simul erit calidum multis caloribus, quia in motu pars remotior a movente non est tam intensa in forma cum propinqua, sed quod ponitur ibi supra, hic sub vacat. Non est certum quod ibi supponitur, quod scilicet remissus adveniens intendat intensius, & quantumcumque secundum gradum, sed magis e converso, & tunc passum esse contrarium, quatenus imperfectum, & ideo potius vincere perfectius, sed vincitur: ideo non agit, & vel si quid reagit, magis remittit intensius, ut assimilat, sic non videtur instanti nisi de luminibus, & speciebus, forte ibi minus virtuosum primo agente intendit ejus effectum, & tamen non potest secundum se, nisi in remissis forma, quam invenit in passu, quæ causa ibi, si calidum non sic agit. Argumentum quantum oportet solvere, in summa quidquid concludit tunc major est falsa ratio illius partis in quibus, quia quod absorbet ab omni conditione indivisibili, etiam a magis, sicut ab hac cæcitate 8. Metaph. ut numerus magis est conditio indivisibilis

non

non signata, sicut hæc, sed vaga, quia potest esse idem gradus, licet non idem hoc. Sed non è converso. Non enim potest esse hoc indivisibilem; nisi sit huius gradus. Contra, igitur gradus prius intelligitur determinare naturam quam hoc, & per se in illo priori aliquid accidentis & communis differentia sibi. Respondeo communis est, sed non universalis, quia indivisibilis.

Contra altem personale per se est medium inter speciem specialissimam, & individuum. Similiter quædam species ponitur distinctæ penes gradus formes, ut animalis penes gradus sentitive, & angeli penes gradus intellective. Respondeo, species dicitur quod vel species species sub gradu quod. Quantum virtus, quantum non est differentia dist. 8. huius. Ad argumentum Goffr. Respondeo, per se terminus a quo est primo individui. Sed quis est terminus positivus a quo, necessario requisitus. Respondeo, gradus imperfectus. Contra, manet in termino ad quem. Respondeo, non manet actus distincto, sicut fuit terminus a quo, sed manet in potentia intellectiva sicut pari. Contra. Illud sub omni re absolutum manet idem respectus, non est ratio termini a quo, vel ad quem. Eadem videtur difficultas de aqua diversa & unita, qui terminus a quo, & ad quem? si enim terminus a quo distinctus est tota aqua, & hæc pars se parata, & illa est terminus ad quem, igitur terminus profuit idem numero secundum quodcumque absolutum: est hic alia vis, quia secundum hoc aquæ diversa commutentur. Igitur manet eadem unitate numerali utriusque, semper connumerantur, sed in toto manet eadem unitas numeralis utriusque, aliquando neutrum maneret eodem modo numero, & ita non erit continuatio præexistentium, sed simpliciter generatio, & corruptio tertii ex ipso. Qui diceret partes in toto absoluto habere esse absolutum totius, respectu cuius proprium esse ipsarum est materiale. 5. Metaph. e. de causis materiali, ut partes totius. Possit dicere quod gradus prior manet in toto secundum aliquid esse absolutum, & quod non profuit. Si videtur de aqua unita alii aquæ, sed semper quaritur quis est terminus a quo impossibilis secundum aliquid absolutum? Illud non assignatur. Ideo breviter respondeo, quod terminus a quo per se est impossibilis, non autem ad quem, ille est priorio. Sed terminus positivus a quo, non est impossibilis terminus ad quem, nisi ad contrarium per se terminus, nisi dividendo impossibilitatem, & quod hoc non est hoc, id est quod hoc & hoc non simul perfectius idem ut actus in actu distincto, sic quidem dupliciter est prior gradus impossibilis terminus ad quem, quia nunquam est ille, etiam quando est in illo, nunquam est actus distinctus illius, cuius est terminus ad quem actus distinctus. Sed istorum duorum modorum dividendo etiam prius, non sufficit ad terminus motus, quia albedo non est dulcedo. Secundum non potest ponere oppositum termini a quo, propter aliquid absolutum in ipso: quia esse actum distinctum nihil dicit super illum gradum absolutum, ut manet, nisi perfectionem ejus, quod est esse in alio, ut pari in toto, & ita ponere sic termi-

num

a. Oppositum tamen sensu dicitur de elementis, 3. cali com. 67.

est ponere formaliter sub ratione relationis, itaque tenentur. Ad aliud de aquis. Respondetur, sicut pars in toto est quedam. Et in actu terminante generationem, quia divisio non est generatio. Non tamen est in actu distincto, qui est actus cum præcisione præcisi, ita correspondent sibi unitas secundum primam rationem actus, & illa manet in divisione etiam in unione. Secundum autem rationem actus distincti correspondent unitas, quæ est proprie principium numeri. Ad formam, prima consequentia tenet loquendo de unitate secundum modo, quia numerus est distinctum, & quæcunque partes continue sunt unum numero, loquendo strictè de numero alterius, minor est falsa, de unitate numerati. Secundo modo vera est prima. Nec tamen sequitur habere duas unitates numerales sed idem secundum esse absolutum habet unicam proprietatem, dum manet: secundum autem esse præcisum correspondet sic, unitas connumerata, & sicut accidit sibi esse præcisum, ita accidit sic suam unitatem esse connumeralem, quando enim suum esse est præcisum sua propria unitas est connumerata: quando vero non, sed est in alio præcise ut aliquid ejus, tunc sua secundum se unitas propria non est connumerata, sed aliquid unitatis connumerata. Ita quod illud quod dicitur unitatem esse proprie connumeralem, requirit ipsam esse præcisam, quia numerus est distinctum.

QUÆSTIO QUINTA.

Utrum illud positivum charitatis præexistens, quod manet in augmento, sit tota essentia charitatis intentæ?

Quinto supposito quod charitas prior non corrumpatur, quando augmentatur charitas; quæro propter aliam opinionem augmento charitatis, Utrum illud positivum charitatis præexistens, quod manet in augmento, sit tota essentia charitatis intentæ, ita quod si poneretur charitas intentæ sine subiecto, nullam realitatem haberet positivam in se essentialiter aliam ab illa, quæ præfuit in charitate remissa. Et quod hoc modo realitas charitatis præexistens sit tota essentia, & realitas charitatis actus. (a) Probat 1. quia 8. Met. *Formæ sunt sicut numeri*: quoad hoc, quod sicut numerus quilibet additus numero numerum variat, ita quilibet gradus in forma additus variat speciem: ergo in essentia huius formæ, non potest addi aliquid manente eadem specie. Supponitur autem, quod intentæ est eiusdem speciei, cum remissa: ergo non additur ibi aliquis gradus ultra realitatem ipsius formæ. Præterea 10. (b) *Met. cap. penult.* dicit Philosophus, quod *differentiæ formales mutant speciem*, differentia graduum in essentia formæ, si esset, esset differentia formalis: ergo, &c. Præterea. (c) Porphyrius dicit, quod *differentiæ for-*

a Arg. 1. rex. 10.
c Arg. 3. C. de differ.

b Arg. 2. Tex. 10.

formalis non recipit magis nec minus esse (inquit) antisciaque que unum & idem est, neque intentionem recipientis, neque remissionem. Præterea. Auctor sex principiorum, *Forma est simplicis, & invariabilis, consistens essentia.* (a) Præterea. Si realitas aliqua advenit præexistenti: ergo charitas actus non erit in specie, quia includit aliquid accidentale nature specifice; vel si ipsa sit in specie per se, nihil includit nisi pertinens ad naturam speciei; & ita charitas minor, quæ non includit illam gradum, non erit in specie. Contra, si charitas major non plus realitatis haberet, quam charitas minor, tunc charitas cuilibet beati esset æqualis in natura charitatis charitatis Christi, & cum secundum Augusti. 6. de Trinit. cap. 7. (b) *In rebus incorporeis idem sit magis esse, quod melius esse, charitas cuilibet beati esset æque bona, & meritoria* cum charitate animæ Christi, & ita fore quilibet æque essentialiter beatus cum Christo, quia præmium essentiale correspondet quantitati charitatis: quod est impossibile. (c) Opinio inuitens argumentis factis ad primam partem videtur dicere, quod præintendens formam a subiecto, non est magis, & minus in forma secundum se per realitatem additam, & quia secundum auctoritates Sanctorum, oportet ibi salvare aliquo modo magis, & minus, oportet ibi poenere magis, & minus secundum inesse ipsius accidentis ipsi subiecto: quod quidem inesse est sibi esse, (d) & ita maioritas accidentis quantum ad in esse attribuitur, vel majori dispositioni subiecti, vel majori auctori oppositi indispansentis.

Contra istam opinionem arguo primo sic. Contraria in summo sunt impossibilia in eodem, in gradibus vero remissis non: hoc non est nisi aliquid est in contratio intento, quod non est in remisso: si enim tota realitas est in remisso, quæ est in intento, non est repugnancia intenti ad intensum, sicut nec remissis ad remissum: sed illa impossibilitas, non est habitudo ad subiectum, nec ex habitudine aliqua ad subiectum: prior enim est impossibilitas formarum in se, quam sit formatum in subiecto recipiente, quia enim sunt incompossibiles in se, ideo non possunt recipi in eodem, non e converso: ergo istud, quod est ratio impossibilitatis in formis intentis oppositis, est aliquid positivum in eis secundum se, non tantum in ordine ad subiectum. Præterea. Idem non potest bis produci, & per consequens non potest aliqua realitas habita per aliquam mutationem acquiri: ergo ista realitas, quæ acquiritur per motum, vel mutationem intensionis, non est eadem positive cum ista, quæ præfuit, quia tunc illud, quod præexistit, realiter acquiritur.

Item suppono, (a) quod impossibile est esse motum, vel mutationem realem sine termino reali: ex hoc arguo sic: In augmentatione chari-

a Arg. 4. Arg. 5. b Ad opp.
c Opinio D. lb. in 1. 2. quæst. 52. art. 10.
d 7. Met. 2. e Addit.

ritatis charitas minor est terminus a quo, & charitas maior est terminus ad quem, & ista est productio realis: igitur necessaria est ad aliquem terminum realem secundum suppositum, non ad realitatem, qua processit præcise secundum primum suppositum, quia idem non potest bis produci: realitas præcedens fuit terminus alterius producti: igitur ad aliam realitatem.

Præterea. Si forma est indivisibilis dat subiecto esse indivisibile, & indivisibiliter non enim subiectum est tale secundum formam, nisi quia forma est talis: ergo si forma est talis, quod in ipsa secundum se, non est aliqua majoritas perfectionis in forma secundum se, nec subiectum secundum eam dicitur magis tale: Præterea. Contra illos modos, quibus ponitur magis & minus in forma: primo contra illam modum de dispositione ad majus, & minus. Si enim est eadem dispositio, id est secundum rationem unius dispositionis ad magis, & minus, & ista est forma, sequitur, quod in aliqua forma est magis & minus; si autem ad aliquam formam est dispositio non secundum rationem unius dispositionis ad magis, & minus; sicut volunt aliqui dicere, quod in aere humiditas est dispositio ad minorem caliditatem, & siccitas in igne est dispositio ad majorem caliditatem.

Primo contra illum modum de dispositione subiecti, propter quem dicitur forma suscipere magis, & minus. (a) Illa dispositio aut est aliqua forma, aut non: si sit forma, & secundum illam dicitur subiectum magis, & minus dispositum; igitur sequitur propositum, quod in aliqua forma est magis, & minus; si non sit forma, secundum quam subiectum dicitur tale, sed alia forma: igitur subiectum dicitur magis tale secundum illam formam propter aliquam dispositionem præteritam, & tunc querendum est de illa dispositione, aut est aliqua forma, aut non? & sic est processus in infinitum in dispositionibus, vel oportet dare magis, & minus in aliqua forma. Præterea. Prius oportet habere dispositionem, antequam moveatur ad terminum motus, quia nihil movetur ad aliquid, nisi disponatur ad susceptionem ejus: cum ergo in omni motu, in termino ejus aliquid acquiratur, quod non præsit in principio motus: sequitur quod aliquid aliud acquiratur in termino, quam illud solam ratione dispositionis. Dicitur, quod magis, & minus est in diversis subiectis propter diversas dispositiones non ejusdem rationis, sed contrarias: sicut ignis dicitur magis calidus, quam aer, quia in aere humiditas est dispositio ad minorem caliditatem aeris, & siccitas in igne est dispositio ad majorem caliditatem; & ideo non est ista majoritas in aliqua una dispositione.

Contra hoc arguo. Una species secundum se totam videtur habere in susceptivo rationem unius dispositionis, sicut subiectum susceptivum speciei est unius rationis, & unius dispositionis, unde omnia individua unius accidentis habent dispositionem unius rationis, sicut

& for-

a Addit.

& formam ejusdem rationis: ergo circumscripto omni alio, quod non est dispositio propria, potest esse magis & minus in indivisibili eisdem speciei, & ita intensio, & remissio secundum formam illius speciei ablata: hoc, quod præcedat tales dispositiones contrarie & oppositæ in subiectis; & tunc queritur, ut prius, quare est aliquid nunc magis dispositum, quam prius, ut arguunt etc. Præterea. Si præcedant tales dispositiones ad magis, & minus; tunc non erit motus unus ab intento ad remissum, nec e contra: non enim movetur ad remissum, nisi quatenus habet dispositionem illam convenientem receptioni ejus: intentum autem non habet dispositionem illam convenientem remissio: ergo oportet ad hoc quod possit moveri ad remissum, quod movetur ad dispositionem convenientem gradui remissio. Et ita etiam oportet ad hoc, ut ex remissio fiat intentum, quod prius fiat motus a dispositione, quæ est a remissio, ad dispositionem, quæ est ad intentum, & ita nunquam unus motus immediate erit ab intento ad remissum, quia non habent idem susceptivum immediatum dispositum. Alia via quæ dicit de indispotione sive de amotione contracti indispotionis, videtur improbari per hoc, quod in Angelis in statu innocentiæ, non erat aliqua indispotione major, vel minor ad charitatem: ergo omnes recepissent charitatem æqualem, quod non teneatur. (a) Item Angeli boni non habuerunt in medio aliquam indispotionem, & tamen non habuerunt æqualem charitatem; unde non sequitur, quilibet Angelus in eadem specie æqualiter disponitur ad gratiam; ergo quilibet æqualem habet gratiam. Tertia etiam via, quæ teneatur a quibusdam de radicatione forme in subiecto, videtur improbari, quia illa radicatio, aut est aliqua forma abstrahita, & habetur propositum, quia in tali est magis, & minus, aut non: si non, sed tantum respectus, videtur tunc; quod non possit habere magis, & minus, nisi per magis, & minus in fundamentum, sicut absoluta non conveniunt in respectu, nisi per fundamentum. Tunc etiam non proprie salvatur forma intensior, qua aliquando forma unius radicata in subiecto, potest esse in se intensior, sicut ruber, qui est ex verrecundia, est intensior rubore, qui est qualitas pallidus in alio.

Ad istam quaestionem concedo præcipue propter tres primas rationes, contra illam opinionem adductas, quod realitas positiva, quæ præexistit in charitate minore, non est tota realitas positiva, quæ est in charitate majori; immo si essent charitas major, & minor separata a subiecto, major haberet in se realitatem positivam minoris, & aliam additam, si per impossibile tolleretur omnis habitudo ad subiectum: sicut quantitas molis, si poneretur separata a subiecto, etiam si per impossibile non haberet inclinationem ad subiectum, una tamen esset major alia, & illa haberet in se totam realitatem positivam minoris & aliquid additum. Ad argumenta in oppositum. Ad

N n 4

a Regula quodlibet. 2. quæst. 14. quodlibet. 3. quæst. 5. 1. quodlibet. 6. quodlibet. 2. quæst. 14. quæst. 3.

primum de numeris dico, quod procedit ex defectu intellectus Phil. comparat quidem sibi quidditates ad numeros, in quantum sunt diffinibiles, eo modo, quo Plato loquebatur de quidditatibus, ponendo quidditates separatas: substantiæ quidem hoc modo acceptæ, id est quidditates rerum comparantur numeris secundum quatuor proprietates. Quarum una est ista, quod quodlibet additum variat speciem, & intelligo sic, quod de una specie faciat aliam, vel de non specie, faciat speciem, quælibet enim differentia addita diffinitioni ut indicat quidditatem, aut speciem aliam a præexistente constituit, aut si præexistens fuerit ratio generis, determinat in rationem speciei, quæ non habebatur ante additionem differentie. Exemplum de intellectiva anima, addita sensitivæ. Dico igitur, quod additum quidditati acceptæ secundum rationem quidditatis, alterat speciem, altero ditorum modorum: sed quod additur quidditati, non ut quidditas est, non mutat: gradus autem individualis quicumque, sicut & differentia individualis contrahens ad esse hoc, sive unitas, vel pluralitas individualis, & brevis quæcumque conditio individualis addita naturæ specificæ, non additur sibi quantum ad rationem quidditativam: ita quod secundum istam rationem determinat eam, & propter hoc non mutat speciem quidditatis, cui additur, nihil enim potest neque aliquam speciem præexistentem mutare in aliam speciem, neque de non specie in aliquam speciem, nisi ipsum additum sit ratio speciei, & tale non est aliqua conditio individualis. Ad formam tunc auctoritatis dico, quod si adderet aliquid, quod esset pars quidditativa, quidditati præexistenti, mutaret speciem: sicut si addatur aliquid, quod est pars numeri numero præexistenti, mutatur species numeri. Si addatur aliquid, quod non est naturæ esse pars numeri, puta aliquid accidens, puta si intelligeretur una unitas tetra-ritii intensior fieri, quam prius fuit in se, non mutaretur species. Ita in proposito, quæcumque differentia individualis, vel gradus additus quidditati non est nata esse pars quidditatis. Per idem patet ad Porphyrium, qui simili modo loquitur de differentia in quantum est per se pars diffinitionis, & hoc modo consistit in indivisibili: hoc est accipiendum illam indifferentiam, secundum quam abstrahitur ab individualis, quæ indifferentia totalis est gradus ejus, ut differentia specifica, sic non recipit magis, & minus: quia quæcumque magis, & minus possunt competere individualis hoc modo, & sunt omnia intra istam indifferentiam differentie specificæ, & non addunt differentie secundum hanc indifferentiam. Ad aliud de 10. *Metaph.* potest responderi per idem, vocando differentiam formalem differentiam quidditativam. Potest etiam dici ad formam, quod non omnis differentia formarum est formalis, loquendo proprie de formali, prout videlicet differentia formalis est differentia secundum formas: sicut non omnis differentia hominum est differentia in humanitate, cujus ratio assignatur realiter, & logice. Realiter sic, possunt homines habere humanitatem, & differre, licet non per humanitatem, & ita in humanitate non differunt: ita possunt puræ formæ differre, & tamen non

per

per formalitatem differunt: & ita neque formaliter, quia idem est differre formaliter proprie loquendo, quod differre in forma, vel per formam. Logice sic, (a) quia sicut terminus differentie intelligendus per negationem includit in differentia, respectu illius negationis, potest accipi confuse, & distributive: ita etiam illud, quod denotatur esse ratio formalis differentie, quale est illud, quod constituitur cum differre, ut in quo: vel secundum quod denotatur, quod potest confundi a negatione, non autem ad negationem interioris sequitur negatio superioris, sed est destructio antecedentis. Ad aliud de sex principiis dico, quod sicut probat simpliciter formæ, ita concedenda est sibi conclusio, probat autem simpliciter formam oppositam quantitati molis, quia ipsa addita non facit majus secundum molem: forma enim posita in subiecto, non est aliquid majus, quam prius fuit. Concedatur igitur simpliciter formæ opposita quantitati molis: sed hoc nihil contra intentionem, quæ pertinet ad quantitatem perfectionis, & virtutis. Ad rationem aliam dico, quod hoc, quod dicitur aliquid accedere naturæ speciei, potest intelligi duobus modis: in uno modo sic, quod sit extra rationem quidditativam speciei, quomodo dicitur differentia accedere generi, & sic accipitur accidens in fallacia accidentis pro extraneo, quod est extra rationem alterius, alio modo dicitur accidens, quod non facit per se unum cum eo, cui accidit, sicut albedo in corpore. Primo modo dico, quod sicut albedo intensio aliquid habet, quod accidit naturæ speciei: ita etiam habet albedo remissa, immo omne individuum aliquid habet, quod accidit naturæ speciei: alias non contraheretur natura speciei. Secundo modo dico, quod albedo intensio non habet aliquid, quod accidit naturæ speciei: quia iste gradus, qui intelligitur addi secundum se naturæ, facit unum per se cum natura, sicut quæcumque differentia individualis addita naturæ facit unum per se cum natura. Quando igitur dicitur, si intensio includit aliquid, quod accidit naturæ speciei: igitur remissum, quod non includit illud, non est in specie: consequentia non valet loquendo de accedere primo modo sumpto, quo modo, & non alio antecedens est verum.

QUESTIO SEXTA.

Utrum charitas augetur per extractionem partis novæ de potentia ad actum?

Sexto propter tertiam opinionem circa augmentum charitatis quero, utrum charitas augetur per extractionem partis novæ de potentia ad actum. Quod sic. (b) Primo, utriusque est mutatio: est extractio alicujus de potentia ad actum: augmentatio charitatis est mutatio ergo in ejus augmentatione oportet potere extractio-

nem

a De hoc sup. d. 3. q. 1.

b Patet 3. & 5. *Phys.* ex diffinitione motus.

nem illius de potentia ad actum: sed non est exitus de potentia ad actum, nisi actus educatur de potentia: ergo charitas sic educitur, sed non extrahitur tota de potentia ad actum: ergo secundum partem. Item charitas intenditur, sicut concedit iste, ergo mutatur: igitur ut prius, pars nova extrahitur de potentia preexistentis ad actum. Consequenter prima patet, quia inveniendi includit mutari. Item si charitas augetur, ergo est ibi generatio alicuius totius compositi, quia omnem mutationem concomitantur generatio aliqua: sed omnis generatio est composita. Metaphysica, § 8. (a) ergo in augmentacione charitatis generatur aliquid compositum, non compositum ex anima, & charitate, quia tunc charitas non crearetur: creatio enim non requirit aliquid subiectum: generatur igitur compositum ex parte preexistente, & sequenti, & per consequens illa extrahitur de potentia ad actum. Contra, si charitas augetur per extractionem eius de potentia ad actum: aut igitur per extractionem de potentia subiecti, scilicet anima, vel voluntatis, aut charitatis preexistentis. Non primo modo, quia tunc esset forma naturaliter et iusta, & ita forma naturalis, quod est falsum, & contra fidem. Secundo modo non, quia forma charitatis preexistens, & sequens iudicium sunt rationis: ergo una non est principium materialis respectu alterius, de quo educatur. Consequenter, (b) quia forma simplex secundum Boetium subiectum esse non potest.

Hic dicit unus Magister tria. Primum quod possibilitas ad augmentacionem in forma iusta, non est accipienda ex parte subiecti, vel materie, cum non sit educta de potentia materie: sed est accipienda ex parte forme ipsius in se, quia in sua essentia partes habet, nam ut est sub minori quantitate, est in potentia ut educatur ad actum quantitatis maioris. Secundo dicit, quod hac augmentatio non est per aliquod eiusdem nature appositum, quia augmentatio in forma non est per partium appositionem in substantia, vel essentia ipsarum: sed in virtute, per quam augmentacionis efficacius potest in suam operationem proficere, quod non faceret si iuncte apponeretur sibi, quia repetitur additum tepido in equali gradu, non facit magis calidum. Tercio concludit, quod fit augmentatio per extractionem in se partium virtualium in substantia habitus in actu, quarum qualibet educta de potentia partem precedentem ponit augmentum, & non solum ponit augmentum in substantia habitus, sed etiam in virtute, quia substantia, & virtus in forma idem sunt: sicut pars extrahita facit augmentum in virtute charitatis precedentis, quia est in potentia, non ratione sui subiecti, sed ratione sua nature ad actum, vel gradum extractum. Contra istam opinionem videtur, quod contradicit sibi. Nam iungendo primum cum tertio, & e converso, sequitur oppositum secundum: quia si fiat augmentatio in charitate per extractionem partium virtualium, tunc aut per istam

extractionem habetur aliqua entitas realis nova, vel non: si non: ergo ista extractio non erit aliqua actio, & per consequens augmentabitur charitas sine actus divina: si autem est aliqua realis, ad quam terminatur ista extractio, quia non est precise realis prior, quia concedit latitudinem in essentia forme, nec prior realitas corrumpitur secundum sic opinantur: igitur terminatur ad aliquam realitatem aliam a priori, & cum faciat unum per se cum priori, aliter non esset augmentatio: sequitur, quod hoc fit per appositionem unius realitatis ad aliam: igitur ponere augmentacionem charitatis fieri per extractionem, est ponere eam fieri per appositionem. Item sic opinans in quantum sic differt a ponente augmentacionem fieri per appositionem, dicit minus rationabiliter, quam dicit ipse, quia ab eodem generatur habitus, & augmentatur, ex 2. Ethicorum, generatur autem habitus huius charitatis a Deo, igitur & augmentatur ab ipso, hoc autem non est secundum esse in subiecto solum, sicut probatum est contra secundam opinionem in precedenti questione: nec quia prior gradus corrumpitur, sicut probatum est contra primam opinionem: ergo est quia Deus augendo addit aliam realitatem precedentem: ergo non fit per extractionem illius gradus a subiecto, sed per additionem novi gradus ad gradum preexistentem: magis enim proprie dicitur augmentatio per appositionem, quam per extractionem. Respondent ipsi, quod hac extractio est virtualis, & non partem accidentalis. Contra, necessarium est ibi aliqua actio realis, & passio, que terminatur ad aliquid, & non ad aliquid preexistens, quia tunc idem acciperet ibi esse: ergo ad aliquam realitatem novam: & sic appositio, & compositio, cum sint eiusdem rationis: ergo nulla differentia est, nisi quod prima opinio dicit aliquid apponi, & ista dicit aliquid extrahi. Dico ergo, quod non est ibi extractio, nec istum modum concipio, quia talis productio non esset productio: sed dico, quod est ibi nova realitas addita preexistenti, sicut partes, vel gradus non quidditates, sed individuales, & existentie. Ad primam rationem dicendum quod non sequitur, subiectum exit de potentia ad actum: ergo forma educitur de potentia ad actum. Quia sicut educatur naturaliter de potentia ad actum, sive supernaturaliter infundatur, semper subiectum eius exit uniformiter de potentia ad actum, & non forma ipsa, & ideo in illa consequentia est fallacia consequentis, quia non omnis mutatio subiecti est per operationem naturalem educentem formam de potentia materie, vel subiecti: sed subiectum uniformiter mutatur a privatione forme ad formam, undecumque sit illa forma, vel naturaliter educta, vel per infusionem immixta. Ad secundum dico, quod non sequitur, charitas inten dicitur: ergo charitas mutatur, vel movetur: nam solum subiectum mutatur non forma, nisi metaphorice, & improprie, unde forma, que proprie dicitur augeri, & intendi, non proprie mutatur, nisi per accedens, in quantum eius substantia mutatur: sicut substantia quanta mutatur, & non quantitas, licet

a Text. 2. 27. § 32.

b De Trinit. l. 1. c. 3. Hern. quodl. 5. q. 13.

quantitas sit, secundum quam substantia quanta mutatur, & augetur, iungendo augere metaphorice. Nam habens formam mutatur secundum eam, licet ipsa non mutetur. Tenendo tamen, quod ad intendi sequitur mutari proprie, dico, quod forma non intenditur, nec augetur, quia non mutatur, sed quod habens eam dicitur intendi, & mutari secundum eam, & isto modo charitatem intendi non est aliud, quam subiectum eius (ut animam) secundum eam intendi, & ideo secundum se proprie non conceditur isto modo, quod charitas intenditur; sed subiectum eius secundum eam. Vnde dicit Aug. & habetur in litera. Charitas non crescit; sed homo habens eam crescit secundum eam: nomen tamen mutationis attribuitur diversimode diversis: nam alicui attribuitur ut termino primo, ut cum dicitur, quod compositum generatur, & mutatur: alicui, ut subiecto, ut cum dicitur, materia generatur, ita in proposito augmentatio dicitur aliquando de subiecto augmentationis: quantaque de forma sui proximo, & formalis termino augmentationis istorum motorum: secundo modo dicitur forma intendi, & mutari: primo modo subiectum eius. Ad tertium concedo, quod compositum primo generatur, ut animam chara in augmentatione charitatis, quod compositum includit subiectum, & terminum: & quando dicitur, quod tunc non esse creatio; dico, quod in eodem instanti temporis, in quo charitas, vel gratia creatur, insanditur anima: sed in alio, & alio instanti nature, quia prius natura gratia, vel charitas creatur, quam anime insandatur; licet totum sit in eodem instanti temporis. Vnde duplex est ibi mutatio: una a non esse charitatis, vel gratie ad esse gratie, & hac est vere mutatio, que est creatio, & non est mutatio proprie dicta; quia nihil presupponit nec naturam, nec subiectum eius susceptivum: alia est mutatio a subiecto non charo ad esse charum: & sic mutatur anima a non esse charo ad esse charum; & ista mutatio non est simpliciter creatio, quia presupponit susceptivum, & ideo hac mutatio secundum quid potest dici generatio, & totum compositum secundum quid generatur tale, & non simpliciter, quia substantia, que est terminus generationis, presertim, vel presupponitur in infusione gratia, generatur secundum esse gratum, & accidentale.

DISTINCTIO XVIII.

Circa istam distinctionem decimamoctavam, quero unum.

QUESTIO UNICA.

Utrum donum dicat proprietatem personalem Spiritus sancti?

Quod non videtur, quia secundum August. 15. de Trinit. cap. 19. Spiritus sanctus instantum donum Dei est, in quantum datur eis,

eis, quibus datur; (a) sed non, quia datur eis, quibus datur, habet suam proprietatem personalem, quia sic datur ex tempore: ergo ex sua proprietate personali non habet, quod sit donum; quia secundum eundem ibid. ubi sup. apud se (inquit) autem Deus est, nisi nemini datur, quia Deus erat Patri, & Filio coeternus, antequam cuiquam daretur, hoc sit quantum ad illam questionem, qua Magister querit, utrum Spiritus sanctus eadem ratione dicatur donum, & datur? Item secundo sic: si Spiritus sanctus ex sua proprietate personali dicatur donum, cum per Spiritum sanctum dantur dona, per donum dantur dona; sed hoc videtur impossibile, quia donum includit rationem donabilis: igitur si includeret rationem donantis, includeret relationem oppositam, scilicet dantis, & dati; hoc sit quantum ad primam questionem Magistri, an per Spiritum sanctum donum, donentur dona.

Tertio sic: si Spiritus sanctus ex proprietate sua sit donum: ergo ex proprietate sua est donabile, quia omne donum est donabile: quero cui sit donabile? non Patri, & Filio, certum est: igitur creatura: sed hoc est falsum, scilicet, quod dicatur donum ab aeterno ex sua proprietate personali, quia donabilis creatura, quia tunc eadem ratione Filius dicitur donum, quia ab aeterno processit a Patre, ut donabilis creatura; unde dicitur in II. Filii datus est nobis, & c. hoc quantum ad tertium questionem Magistri, utrum Spiritus sanctus sit donabilis Patri, & Filio, vel tantum nobis? Item quarto sic. Proprietate persone procedentis, dicit processionem, qua accipit essentiam; ergo si donum sit proprietas personalis Spiritus sancti, donum dicit processionem eius, qua Spiritus sanctus procedit, & accipit essentiam; sed donum non dicit nisi donationem, qua non competit Spiritui sancto ab aeterno, cum non prius daretur, quam esset: cui daretur; ergo processus eius non esset ab aeterno, quod falsum est. Item quinto sic: quo aliqua persona accipit essentiam, ergo processionem habet essentiam: ergo eodem addito utrobique, quo habet essentiam, eo est essentia; sed processionem habet essentiam: ergo processionem est essentia: quia si habet essentiam, est essentia: sic igitur sequitur, quod Spiritus sanctus dono sit essentia, quod falsum est, quia Spiritus sanctus non est eo donum, quo Deus: nec Filius eo Filius, quo Deus: eo autem quo est Deus, est essentia: ergo non est essentia, quo procedit, nec eo donum, quo Deus: hoc est quod dicit Augustinus 7. de Trinitate cap. 1. de magnis. Item sexto sic: donum habet relationem ad illud cui datur: igitur si Spiritus sanctus habet ex processionem, quod sit donum creaturae, per consequens haberet, quod sit Spiritus creaturae; hoc falsum est, quia eadem ratione Filius esset Filius creaturae, cum sit nobis datus, & hac ratio inuitur in quarta questione Magistri, an Filius possit dici nos, cum sit nobis datus, sicut Spiritus san-